HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 102r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26208
Copyright: Admont, Benediktinerstift



repleuit. Symon dicitur obediens. In domo symonis
mens recumbit. dum in ecclesia sibi obediente requiescit.
Huic cum MARTHA ministramus. dum exemplo summi
pontificis membris eius scilicet pauperibus uel fratribus seruimus.
Cum MARIA domum odore unguenti replemus. quando
studio uirtutum ecclesiam replere studemus. DOMINICA
PALMARUM ideo dicitur. quia hac die turbe domino cum
palmis obuiauerunt. et eum triumphantem cum laudibus
exceperunt. Significat autem quod nos per abstinentiam
uicia iam uicimus. et nunc cum palma uictorie xpm ad nos
uenientem excipimus. Cum processionem hac die facimus. quasi
xpo cum pueris obuiam imus. Passio uero ideo hac die legitur.
quia agnus paschalis pro nobis immolandus hac die in
cludebatur. Hac die filii israel iordanem siccis pedibus tran
sierunt. et cum triumpho terram repromissionis intrauerunt.

HEC SEPTIMANA ideo maior appellatur. quia
ob maxima officia insignis HABETUR.

HEC etiam ebdomada indulgentie dicitur. quia in ea peni
tentes absoluuntur. FERIA. II. et III. due lecti
ones ut in natiuitate domini ad missam leguntur. quia passio
xpi a lege et prophetis PRENUNCIATUR.

FERIA. IIII. xpc per duobus populis perditur. ideo hac die
due lectiones leguntur. Ad utramque flectamus genua
dicitur. quia ab utroque populo xps adoratur. in cuius nomine
celestia et terrestria genua flectere dicuntur. Tractus
ideo habet quinque uersus. quia quinque uulnera habuit
xps. Hac die uelum deponitur. quia in passione xpi uelum

De Palmis.

IIII. FER.